

V C
3435



26

H. Saxon 89th
Qh. 31, 38. Gratulatio Martia Ele^{ct}
ralis Saxonica, Natali

Vc
3435

XLVI.

SERENISSIMI AC POTENTISSIMI
PRINCIPIS ac Dn. Domini
JOHANNIS GEORGII,
DVCIS SAXONIAE IVLIAE CLI-
VIÆ, & Montium, S. R. I. Archimarschalli ac Electoris,
Landgravij Thuringiaæ, Marchionis Misniæ, Burggra-
vij Magdeburgici, Comitis de Marca & Ra-
vensburg, Domini in Ravenstein &c.
Dn. sui Clementissimi,

Anno CIC CI CXXX.

humiliter oblata ,

^a
S. S. C.
Devotiss.

M. Christiano VVillio Smalcaldense, Concio-
natore aulico.

Typis DRESDAE, Anno 1630.



Price 1s. 6d. Du. 5c

ПІДЯОЕНІІІАНОІ

JO JAILMELVONXASZIOME

запись о продаже земли в селе Красногородка в 1882 году

BIBLIOTHECA
RONICKAVIANA

St. Gallen im Innkreis Studien
Gesellschaften mitgli

grado ordinario.



WERTVOLLESTES LITERATURWERK

Hinze Bestiologicae

Dicatum D. Martini Lutheri:

Niemand hat grösser Gefahr vnd Unglück/
denn der Gott vnd dem Kaiser dienet.



quanta fidos Christicolas mala
In verticoso gurgite seculi
Hujus tumultu insanienti,
Assiduisq; agitant periclis!
Insultat hostis jam numero ferox,
Et insolenti sævitia premit,
Nec liberas luces laborum,
Nec vacuas sinit ire noctes.
Calumniando nequitiam & dolos
Jam mente pravâ versat, & occulit
Injuriam, factis honesti
Objiciens speciem pudendis.
Majora sed non, crede, pericula
Ob nubilabunt Christicolas pios,
Quam consecrantes se JEHOVÆ,
Cælaris officioq: fido.

A 2

Per.

abbey

Per multa nobis Experientia
Exempla profert, quæ facilem fidem
Huius periculositatis
Conciliant, cumulantq; verum.
Concerne CHRISTVM mens pia, pectoris
Regina, Patrem amplectitur unicè
Amore sancto, & filiali,
Innocuâ reverentiaq;.
Et Cæsari dat, quod Patris æquitas
Ipsi tributum constituit decens,
Et subditos docet sequela
Consimili sibi convenire.
Ast quo tumultu fervida gens eum
Impugnat & ipsi quæ mala plurima
Tot nationum secla fingunt,
Terrificasq; minas refingunt
Donec ligatus judicio gravi
Ceu pessimorum pessimus à grege
Torrentis instar sæviente
Præcipiti pede protrahatur.
Illiis alnum fæda coinquinant
Os sputa, pugnis & faciem & caput
Deverberant pravi sodales,
Scommate ludificantq; justum.
Tormenta passim conglomerat furor
Hostilis, ut sic irrequietior

Redda-

Reddatur insōns, uñdiquaq;
Lethiferas acuunt sagittas.
Vt mitis agnus stat medius lupos
Inter cruentos, Filius, en, DEI
Charissimus, miserrimeq;
Ex agitatur ab hoste sævo.
Regem salutant ludificantibus
Verbis in actu purpureâ; cruce,
Pungente rhamno, lacinato
Pectore, Regis honor vacillat.
Quid si Lutherum fidus amabile
Germaniæ, perpendere cæperis,
Et ipse veritatem eandem
Compare conditione pandet.
Regum timendorum in proprios greges
Autoritatem præsidio sacri
Verbi redintegrat; Potentes
Sceptrigeraq; manu vcnustat,
Vt subditorum mens reverentiam
Accomodatam legibus entheis
Fideliter præstet, tributa
Pendat, eosq; timore stipet.
Puram IEHOVÆ notitiam quoq;
Candore sancto amplectitur unicè,
Et Christianæ puritatis
Dogmata non sine laude spargit;

Sed

Sed quos tumultus non ciet impius
Adversus illum Mundus? in Organon

Sanctissimum quæ non pericla

Rex Stygius violenter auget?

Jam Pontifex efflagitat Organon

Sanctum, Imperator jam sicut illius

Præsentiam, proscriptione

Exitium assiduè minando.

Jam salvus illi ductus in exitu

Wormaciensi vertitur in citam

Wartburgicam captivitatem,

Nox ubi jam medium tenebat.

Judaeorum colluvies, dein

Gentilitatis pars violentior

Illi venenis, atq; sclopis,

Insidiosa pericla fingunt.

Insanientes & Cacodæmonis

Tentationes impetuosiis

Noctu diuq; virulentos

Obiiciunt laqueos Saluti.

Septem virum si JAN que GEORGIVM

His endo terris Saxonici spii

Confederationibus per

Tempora nostra recolligamus;

Res ipsa eodem mox recidet, sonum

Conformatitis cumq; prioribus

be3

Duobus

Duobus exemplis apertæ
Experientia comprobabit.
Electioris mentis origine
Ductus JEHOVAM cultibus entheis
Amplectitur, CHRISTVM que puro
Dogmate glorificandum honorat.
Confessionem Christiadum gregi
Consentientem posterioribus
Ecclesiarum & inquelinis
Dexteritate piâ propagat.
Augusta majestas quoq; Cæsar is
Autoritatem sceptriferam gerat
Ut integrum, noctu diuq;
Sedulitate piâ laborat.
Pro pace salvâ, proq; Sacri Imperi
Romani Amicis Conditionibus
Considerandis, undiquaq;
Excubias agit acriores.
Nil absq; CHRISTO, nil quoq; contra eum,
Nil absq; Verbo, nil quoq; contra idem,
Nil absq; Cæsare aut eidem,
Quod foret exitio, receptat,
Promissionem, quam stipulatio
Fidam IEHOVÆ, quam quoq; Cæsari
Non infidelem consecravit,
Perpetuâ pietate solvit.

Iudee.



Ecclesiarum publica dogmata,
Orationum consona formula,
Senaculorum & expedita
Consilia, unanimi tenore
Testantur unam Saxoniz fidem
Erga IEHOVAM, tum quoq; Cæsarem,
Fuisse, & esse, & sic futuram,
Absq; animi simulatione.
Electiorem ast irruit hunc virum
Perversitatis cætus iniquior,
Perrenniservæ, & sempiterno
Mancipio DOMINI occinendo:
Septemvirum jam Saxonicum novam
Confessionem prodere posteris,
Ex cogitatam à constitutis
Theologis ratione doctâ.
Septemviri jam Saxonici fidem
Contrariis in partibus Imperî,
Theologorum ex incitatis
Consiliis, manifestorem.
Ex Antichristi se quia vinculis
Emancipatum prædicat, illius
Nec vult sub esse constitutis
Legibus aut venerationi.
Hoc propter ipsum quæ loquitur pia
Calumniantur, facta libidine

Pra.



Pravaq; carpunt, impigriq;
Exitium grave moliuntur.
Vos quæso vestro Theologi Duci
Illustriori, gens Iebusitica
Inquit, referte; si Papali
Imperio renuit subesse;
Terrore nostro Religio illius,
Et Principalis Gloria corruet;
Et arbor, & rami, atq; fructus
Saxonici simul interibunt.
Sed esto, nemo plura pericula,
Maiora nemo incommoda sentiat,
Quam si quis in sui IEHOVÆ,
Cæsaris officioq; fidus.
Fidos ministros deseruit DEVS
Nunquam, fidi prosequitur suos
Amore, constantissimoq;
Iure Patrocinii tuetur.
Exempla nobis Filius illius
Nec non Lutherus, Organa maxima
Fidelitatis prædicandæ,
Ante oculos per amœna præstant.
Ambobus unus se facilem dedit
Fortemq; summus IOVA periculis
In maximis, angustiisq;
Pernicie subita repletis.

B

Hoc



Hoc liberatus Nutrine vindice
Elector astat noster amabilis,
Et signa non obscura amici
Fert DOMINI, & stabilis favoris.
Si perstet hostis, jam gladium tenens,
Hunc persequatur si furor impius,
Si damna tranquillo creentur,
Innocuum rapiant procellæ;
Securus Hostes nil metuit DEO
Custode forti: qui facit irrita
Decreta vesani furoris
Contra humiles male nil merentes.
O præses Orbis pectori supplice
Te nos vocamus, fortiter assere
Septemvirum nostrum sub altis
Pacificæ bonitatis alis.
Non te fugit quot fraudibus, artibus
Et mille, blandus, callidus, & ferus,
More aucupis, vulpisq;, Martis,
Atq; lupi, Draco prælietur:
Graſſentur hostes quaq; libidine,
Quocunq; vastent undiq; vineam
Tuam furore, contumaci
Cunctaq; comminuant ruinâ.
Ergò IEHOVA exurge, tyrannidis
Huius furorem comprise, reprime,

Ad



Ad antra Ditis opprimendo,
Deprime, supprime & usq; quaq;!
Sic te precamur vincla per omnia,
Per flagra, probra, & verbera, spinea
Per sertæ, sanguinis fluentum,
Eximum meritumq; CHRISTI!
O tu velis, ceu IOVA vales, soles,
Præbere votis te facilem piis,
Felicitatis atq; sorte
Nos recrees, foveas, alasq;!
Sic te vicissim Carmina, te lyræ
Nostræ sonabunt: vox tibi serviet
Dicata, præbebitq; nostris
Materiem tuæ laus Camœnisi.



Ad

 wie viel Unglück vnd Gefahr /
Wütet vnd stürmt so schre /
Wider die Christgleubige Schar /
Als auff eim wilden Meere.
Wie stoltz wissen sich doch die Feind
In ihren streitign Sinnen /
Beyd Tag vnd Nacht sind sie gemeint /
Alles zutilgn mit grimme .
Verfchrtes Herz verleumding tregt /
Nutwilln vnd listig thaten /
Dem Unrecht macht ein schein zum Recht /
Dabey man wird verrahten.
Aber doch niemand grösser Gefahr
Gewiss hat ie erlebet /
Als der Gott vnd dem Reyser gar
Nach erewen Diensten strebet.
Erfahrung solchs macht offenbahr /
Die Warheit zu erkennen /
Wann sie Exempel leget dar /
Die man mag rühmlich nennen.
Als CHRISTES unsr Emanuel
Sein Vater herzlich liebet /
Als sein liebst Kind lebt ohne fehl /
Und sich ihm ganz ergiebet :
Gibt auch dem Reyser / was Reysers ist /
Den Unterthanen allen

Zum

Zum Beispiel / das auch sie gelüst
Ihm nach zu lebn zu gefallen .
Sieh doch alhier dein Schöpffer an ;
Spricht Bernhardus / wie gerne
Gibt er dem Keyser Zinsz / wol an
Kein Unterthan sich ferne .
Aber wie vngestüm auff Ihn
Zoben doch nur die Leute /
All Welt plagt ihn mit widrigm Sinn /
Lest sich niemand bedeuten .
Biß man ihn schlept zur Passion
Mit vngestümen haussen /
Wie d^r ergste Malefiz Persohn
Thut man ihn übl anlaussen .
Unflätig speichl ins Angesicht
Wirfft ihm die böse Rotte /
Viel Schläge werden auffn ihn gericht /
Mit vielfältigem Spotte .
Viel Marter ihm wird zugefügt /
Kein ruh thut man ihm gönnen .
Todspfeil auff ihn werden zugericht /
Wie sie nur wissen vnd können .
Wie ein gedultigs Lämmlein
Er vntern Wölffen leidet /
Ein König grüssen sie ihn sein /
Mit Spot abr überkleidet .

B iß

Mit

erfahr /
schre /
Schar /
Neere .

Recht /

el

st /

Zum



Mit Kreuz vnd Dornen plagt man ihn /
Den Speer zum Herzen stößet /
Zum Fluch setzt man ihn ganz dahin /
Und all seinr Ehr vergisset.
LVEHERVB gar ein lieber Mann
Solches auch hat erfahren.
Mit Obrigkeit wie Unterthan
Zur Ehr sollen geparen.
Wie man auch Gott erkennen soll /
Treibt er in fleissigm Lehren /
Sein Herz vnd Mund ist immer voll /
Wie Gott vber alles zu ehren.
Wie tobt aber so sehr die Welt
Wider den Theuren Manne /
Bapst / Keyser Bann vnd Acht anmeld /
Ihn gänzlich zu verdammen.
Vffm weg von Wormbsheim im Geleit
Wird er im Wald gefangen /
Nach Wartberg zur Mitternacht zeit
Thut man mit ihm gelangen.
Jüden vnd Heyden listiglich
Widr ihn verdnaßgeschicket /
Ein iedr versucht sich meisterlich
An ihm mit heimlich Tücken .
Der Teuffel auch sein heimlich Pfell
Auff ihn mit Ernst thut richten /

Ver.

Ber.
versuchend wie man ihm sein Heil
Tag vnd Nacht mög vernichten.
An Churfürstlicher Durchleuchtigkeit /
Herkog JOHAN GEDRGEN/
Bemerket mans auch zu dieser zeit /
Wenn wir fleissig drauff horchen.
Gott vnd sein Sohn mit reiner Lehr
Versorgt er trewe dienste /
Gut Glaubn Bekennuß in allr ehr
Schützt er der Kirchn zu gewinste .
Fürs Keyser's Reputation /
Dieselbe hoch zu halten!
Ergeht er stets trew Provision /
Nach allen sein Gewalten.
Zum Fried vnd Heilgem Römischn Reich
Aufnemen vnd gedeien /
Sind alle seine Anschlag gleich /
Nach Gottlichem verleihen .
Ohn CHRISTO/ sein wort/sein Keyser/
Thut er gar nichts begehren /
Auch widr dieselb in sein Heusern
Denckt er gar kein Gefahren .
Gott vnd sein Keyser trew zu seyn /
Hater noch nie vergessen .
An Kirchen vnd Rathstuben sein
Die warheit kans abmessen .

Ein

Ein Treuⁿ gegrn beyde Malestat

Als G^Dott vnd Keyser grünnet /
Die Zeit / als vor / ikt / nach / die that
Mit warheit selbst versünnet .

Aber wie bitter bōs auff ihn

Sind sie im grossen haussen /
Die ihn dürffen aus widrigm Sinn
Mit bōsen Nahmen taussen .

Als führt er newe Konfession

Bon sein Geislichn ertichtet /
Wer dem Reich auch abgethan /
Aus ihrem Rath gerichtet .

Dessen kein andre Ursach ist /

Denn das er nicht verehret
Das grosse Thier den Antichrist /
Noch sich zu ihm bekehret .

Daher kommt aller hasz vnd gross

Vnd ergerlichs verleumbden /
Das man wider ihn ganz unverholn
Ausschreibt vnter seinen Feinden :

Sagts Churfürstlich Durchleuchtigkeit

Ihr Herrn im Geislichn Stande /
Was nemlich Gebusiter Leut
Bey sich gebravt für Schande:
Unsr Schrecken ewr Religion /
Vnd alle Herrligkeiten /

Wird

Wird stürzen / und in grossen hohn
Verwechseln alle Freuden.
Mit Stumpff und stiel ganz Sachsen Land/
Den Baum mit astn und Früchten /
Wolln sie verderbn / ie sich zu hand
Groß rühmen die Böschwichten.
Es mag abr seyn / das drosser Gfahr
Über niemanden walten /
Als die GÖtt vnd des Keyser's war
Zu nemen Trew sich halten.
Solest doch GÖtt die treue Dienst
Niemalen unvergolten /
Sein Lieb / Huld / Schutz / der Froinen gewinst
Bleibet wider all Unholden.
Exempl hier von sind offenbahr
An GÖttes eignem Sohne /
Wie auch an Doctor Luthers Lahr
Jeder selbst mercket schone.
All bend führt GÖtt auß in den Raum /
Und rett sie aus gefahren /
Die Feind hält er doch in dem Baum /
Die ihm zu wider waren.
Auch noch also bis heut bereit /
Ist GÖtt mit allen Gnaden /
Und Thurfürstlich Durchleuchtigkeit
Schützt vor allen Schaden.

G

Wird



Wenn gleich die Feind mit ihrem Schwert
Auch noch so stark her flohen /
Schreckt sie doch nicht die gross Gefahr /
Denn Gott schützt in der Höhe.
O aller Werlet Gott und Herr /
Dich bitten wir inniglichen /
Schutz auch fünftig ic mehr und mehr /
Unsern liebsin Churfürstlichen
Herrn Landes Vater / nim ihn auf /
Und ihu ihn gnädig schützen /
Wider all feindselig anlauff
Thu du ihn mächtig stützen.
Du weist ja wohl du Frommer Gott /
Wie listig und verschlagen /
Der grimig Drach mit grosser Noth
Auf Tausend weisz thut plagen.
Wie seine wütend Instrument
Deinen Weinberg verheeren /
Und sich nur richten zu dem end /
Das sie alles verhechten.
Da sey du grosser Gott das für /
Steh auf du lieber Herr /
Für Tyrannen schütz uns Thür /
Zur Hölle hinunter sie kehre.
Solchs bitten wir dich durch deinen Sohn /
Durch sein viel fältigs Leiden .

Damit

Damit er für uns gnung gethan /
Wolst stehn auff unsrer seiten.
Ach wölf doch wie du kanst und magst
Der Frommen Buß erhören /
Wie du nach ihrem Zustand fragst /
Auch uns viel gutes vermehre.
So wolln wir alle rühmen frey /
Was du uns gutes thust gönnen/
Singen wolln wir von Güte und Trew /
Wie wir nur immer können .



Gedruckt zu Dresden
Im Jahr 1630.

AC

verd
d /

/ 100
SCHNE
100

/ 100
h -

IIIIB

hn /

Damit



Auctoritate omnium enim non nullum est
. nobis quodcumque sicut etiam in libro
Regum Omnes quodcumque sicut etiam in libro
Auctoritate omnium non nullum est
. nobis quodcumque sicut etiam in libro
Regum Omnes quodcumque sicut etiam in libro
Auctoritate omnium non nullum est
. nobis quodcumque sicut etiam in libro



autem est in libro
Regum Omnes

mit
der
Vor
lesung
aus
dem
Bla

1c. 3435 Gar

mc

ULB Halle
004 803 213

3



VDA7





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt


urn:nbn:de:gbv:3:1-34520-p0026-5

DFG

A. Saxon
Rh. 31, 38. Gr.

SER
JO
DVC
viæ, & N
Landgra
vij N

M.



lect
NTISSIMI
ni
RGII,
LIAE CLI-
alli ac Electoris,
isniæ, Burggra-
rca & Ra-
cin &c.
,
XXX.
nse, Concio-
30.

Vc
3435